



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conversio Peccatoris, Seu Modus quo Peccator communiter resurgit ad justitiam.

Lefelon, Antoine

Bruxellis, 1675

§. 5. Appendix recenter conversis praebet fomentum ignaviae, eosque
relabendi periculis mirè exponit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9433

cæleste regnum rapiamus. Nemo enim, nemo, inquam, desidia corruptus illuc introire poterit. Ille est modus mandatis Dei perseveranter servandis necessarius, quem proindè acceptat quisquis de cætero Dei obsequi mandatis veraciter proponit. Hujusmodi si intelligeret Appendix mandata servare proponentem, rectè diceret, sed Manuductioni, cui consentiret, malè contradiceret.

§. V.

Appendix recenter conversis præbet fomentum ignavia, eosquè relabendi periculis mirè exponit.

SEd quantum capio, aliud vult, sufficere nempè propositum quod fit à nonnullis qui sic servare mandata proponunt, ut tamen ad id exequendum nimium eis sit multum laborare aut sollicitum esse. Hoc si sentit; multum fallitur, & plurimis noxium præbet ignaviæ fomentum. Ejusmodi propositi insufficienciam omne vulgus agnoscit in iis, qui dum artem aliquam addiscere desiderant, ignavi tamen necessarium laborem omitunt subire. Hinc meritò ejusmodi tanquam reproborum taxat justæ vitæ propositum

nten-
asserit
endit
l pec-
& de
Cu-
tum?
o ha-
quo-
cessa-
c me-
angu-
ra sua
e car-
iscen-
scan-
nobis
citum
mentis
rego-
n sem-
psum
s habe-
n ame-
a & ad
so nos
us: ne-
m am-
studia
cæleste

positum S. Gregorius : Benè , inquit , de reprobis dicitur , involutæ sunt semitæ gressuum eorum , quia recta quidem deliberando appetunt , sed ad consueta semper mala replicantur , & quasi extra se tensi , ad semetipsos per circuitum redeunt , qui bona quidem cupiunt , sed à malis nequaquam recedunt . Esse quidem humiles , sed tamen sine despectu : esse contenti propriis , sed sine necessitate : esse casti , sed sine maceratione corporis : esse patientes , sed sine contumeliis volunt : cumquè adipisci virtutes quærunt , sed labores virtutum fugiunt , quid aliud quàm exhibere belli certamina in campo nesciunt , & triumphare in urbibus de bello concupiscunt ?

§. VI.

Malè urget Appendix quod hæc doctrina nata sit homines in desperationem præcipitare.

Sed urget Appendix , quod hæc nata sint innumeros in desperationem præcipitare . Sed panicus est ille timor : jam enim magis confidere debent , quòd eis malæ spei fulcrum eripiatur , & solidæ spei , unde confundendi non sunt , juxta divinæ Scripturæ regulas , ratio demonstretur . Si hæc infirmitati eorum magna sint , adest Dominus ut qui jubet , juvet , neminem deserens (ut notat Au-
gu-

*In Ps. 32.
conc.*